UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Archiepiscopatvs Et Electoratvs Trevirensis

Abtei Sankt Maximin <Trier>

Avgvstae Trevirorvm, 1633

Littera T. nu.1. Extractvs Indvlti Vrbani VIII. Summi Pontificis, ad Capitulum Ecclesiæ Treuirensis, Romæ Anno 1623.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62152

Visual Library

Vobis igitur auctoritate noſtra Cæſareâ, & ſub pœna duodecim marcarum auri puri, pro medietate Cameræ noſtræ Cæſareæ, & pro aliâ medietate Impetrantis Electoris Dilectioni irremiſſibiliter ſoluendarum, ſeriò mandamus & volumus, ne vllo quouis modo contra prætactam ſententiam & rem iudicatam faciatis, aut ei contraueniatis; neque, vt per alios id fiat, procuretis aut permittatis, ſed iuxta illam, prout mediatum Archiepiſcopatui Treuirẽſi ſubiectum Statum, licet Prouincialem, decet, quoad præſtationem omnium debitorum, ſubiectos vos exhibeatis; ab exterorum Potentiorum imploratione, eorundem protectioni ſubiectione, inſigniorum eorundem de facto affixione, & omnibus iis quæ præterea ſuperius per querelas depoſita ſunt, abſtineatis, & vos abdicetis; hiſce omnibus eatenus obedienter & ſine tergiuerſatione pareatis, & cum effectu inſiſtatis, in quantum vultis pœnas comminatas euitare, in eo enim ſeria noſtra voluntas adimpletur. Datæ Spiræ 23. Iulij 1630.

N. 336. Præceptum Cæſareum & cõminatio pœnæ duodecim marcarum auri &c.

N. 337. Monachis Maximinianis iniungitur vt ab exterorũ potentiorum imploratione &c. abſtineant.

Littera T. nu. 1.

EXTRACTVS INDVLTI VRBANI VIII. Summi Pontificis, ad Capitulum Eccleſiæ Treuirenſis, Romæ Anno 1623.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei, Dilectis filiis, Capitulo Eccleſiæ Treuiren: ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

QVOCIRCA diſcretioni Veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Eundẽ Philippum Chriſtophorum, Electum, tanquam Patrem & Paſtorem ani-

N. 338. Sentẽtia ab Archiẽpo Treuiren:

 marum,

lata, autoritate Apoſtolica pro rata habetur, &c.

marum Veſtrarum, grato admittentes honore, ac exhibentes Sibi obediētiam & reuerentiam, debitas & deuotas, Eius ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis; alioquin ſententiam, quam idem Philippus Chriſtophorus Electus, ritè, tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam, inuiolabiliter obſeruari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dñicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio. Pontificatus noſtri Anno primo.

In ſimili: Ad Clerum Ciuitatis & Diœceſis Treuir:

In ſimili ad Vaſallos Eccleſiæ Treuirenſis.

Littera T. nu. 2.

PRIVILEGIVM CAROLI IV. Imperatoris, de dato 2. Iunij, anno 1376. In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, feliciter Amen.

CArolus Quartus &c. *& poſt quædam interiecta, ſequitur.* Etſi pœnas aliquas vel ſententias contra rebelles in præmiſſis vel aliquo eorundem, præfatus Archieps Suique Succeſſores, protulerint, vel aliquas pœnas ſeu multas regales vel Imperiales ipſis inflixerint, ſuper quibus etiam infligendis, plenam poteſtatem & authoritatem, eiſdem Archiepo, Suiſque Succeſſoribus, & Eccleſiæ Treuirenſi concedimus per præſentes, huiuſmodi pœnas, ſententias, & multas, ratas habebimus, & extunc, prout ex nunc, præſentibus confirmamus. Dat. 2. Kal. Iun. Anno 1376.

N. 339. Sententiæ & pœnę ab Electoribus Treuir: contra Rebelles latæ, authoritate Imperiali pro ratis habentur.

Lit-